

Synodus episcoporum ritus byzantini catholicorum ex antiqua Hungaria Vindobonae a. 1773 celebrata die 1 martii celebrata in Collegio Croatico

PROTOCOLLUM II.

SESSIO SEXTA

Die 22 Martii 1773 loco solito celebrata. Praesentibus: Episcopo Szvidnicensi, electo Munkaciensi Episcopo Fogarassieni, Josepho Keresztury actuario.

Siquidem Excelsa Cancellaria Regia Hungarico-Aulica erga demissum Episcoporum petitum eas illico gratiosas dispositiones fecerit, ut libri quibus necessarii fuerint, seu in Archivo Caesareo-Regiae Deputationis Illyricae, seu apud Typographum Kurzböck reperitur, citra difficultatem communicentur, Episcopi intra eos, quos ad latus habent canonicos et alios ecclesiasticos, labores ita subrepartiti sunt, ut privatim in uno aut pluribus locis convenient, libros, quos imprimendos supra expositum est, ordinate assumant, mature pervolvant, si quid in illis vel contra ritum observarent, connotent, suasque successive in Congressu faciant relationes, quo Episcopi omnis superrevidere, expendere, ac tandem

Magyarországi bizánci rítusú püspökök 1773-as bécsi zsinata március elsején a Horvát Kollégiumban

JEGYZŐKÖNYV II.

HATODIK ÜLÉS

1773. március 22-én, a szokott helyen. Jelen van a szvidnici Püspök, a munkácsi választott Püspök, a fogarasi Püspök és Keresztury József jegyző.

Amennyiben a főmagasságú Magyar Királyi Udvari Kancellária a püspökök alázatos kérésére meghozná tüstént a kegyes rendelkezést, hogy minden szükséges könyv, akár a császári és királyi Horvát Bizottság Levéltárában, akár Kurzböck nyomdásznál található, akadálytalanul átadassék, a püspökök pedig a velük lévő kanonokoknak és más egyháziaknak a munkát úgy felosztották, hogy egy vagy több helyütt magánjelleggel összejöjjenek, a könyveket, amelyeket kinyomtatni kell, amint fentebb kifejtettük, egyenként vegyék kézbe, megfontoltan olvassák végig, jegyezzék fel, hogy mit vettek benne észre, ami vagy a hittanítással, vagy a rítussal ellenkezik, és folytatólagosan számoljanak be az együttes

id quod opportunum erit concludere valeant.

Qua dispositione facta, progressi sunt Episcopi ad quartum praemorati decreti punctum, in quo benigne praecipitur, ut pro officio censoris per promotionem moderni Episcopi Fogarassiensis vacante, tria idonea in re litteria prae caeteris apprime versata necessariisque qualitibus ac cohaerentium ritui graeco characterum notitia bene instructa subiecta de clero suo pro hac vice et quam primum proponant.

Benignae huic dispositionis ut exacte satisfacere et unusquisque mentem suam prout in Domino judicaverit, aperire valeat, maxima expediens fore judicarunt, si quilibet separatim votum suum scripto comprehenderet clausumque penes demissam Repraesentationem Suae Majestati Sacratissimae via Excelsae Cancellariae Regiae Hungarico-Aulicae transmitteret, quod omnibus omnino fieri placuit.

In aedem porro Repraesentatione in eo Suae Sacratissimae Majestati supplicandum omnes constituerunt, quatenus duos censores clementissime resolvere dignetur; tum ideo quia unus in tanta mole rerum praesertim si correctoris etiam munus conjunc-

ülésen, hogy a püspökök mindent felülvizsgálhassanak, megfontolhassanak, és végül megfelelő határozatra jussanak.

Ezt elrendezvén továbbhaladtak a Püspökök az előbb említett rendelkezés 4. pontjára, amelyben kegyesen elrendeltetett, hogy a cenzor hivatalára, amely üresedésben van, az új fogarasi püspök előléptetése miatt, három alkalmast ezúttal és minél előbb javasoljanak a papság köréből, akik az irodalomban a többieknél jobban jártasak, és a szükséges szakértelemmel, és a görög szertartás ezekkel összefüggő szövegeinek ismeretében jó képzettséggel bírnak.

Legmegfelelőbbnek úgy ítélték, hogy pontosan eleget tegyenek ennek a jóságos rendelkezésnek, és hogy ki-ki kifejezésre juttathassa szándékát úgy, ahogy az Úrban jónak látja: mindnyájan külön-külön foglalják írásba véleményüket (a nevekkel együtt), és zárt borítékban terjesszék ehhez az alázatos jelentéshez csatolva Őszentséges Felsege elé, a főmagasságú Királyi Udvari Kancellária útján, ez mindnyájunk helyeslésével találkozott.

Továbbá ugyanebben a felterjesztésben olyan irányú kérést kívántunk valamennyien Őszentsége Felsege elé terjeszteni, hogy két bírálót kegyelkedjék kinevezni, egyrészt, nehogy ne legyen képes tökéletesen eleget tenni feladatának ily rengeteg nagy

tum gesserit, aut certe non eo quo opus esset modo muneri suo satisfactorus praevidetur, tum ideo, quia vix aliquis reperiretur, qui omnes linguas intra graeci ritus Unitos in provinciis Caesareo-Regiis usitatas sciret (quod tamen censor quadammodo scire deberet), tum ideo, quia si censorem aegre decumbere contingat, necessarius illi esset adiutor, tum denique ideo, quia in unius hominis qualicumque scientia Episcopi uniti, in re tam delicata, nullo modo acquiescere sine remorsu quodam conscientiae possent.

Praeter hoc autem in eo Majestatem Suam Sacratissimam exorandam determinarunt, ut instructionem pro futuro censore elaborari, auditis etiam Episcopis, utpote ritus sui optime gnaris, clementissime facere dignatur.

At quis ex decreto, quod Episcopo Fogarassensi censoris munus adepto anno 1771 in manuatum fuerat, observaretur, eam esse benignam Suae Majestatis resolutionem, ut quique libri postquam revisi fuerint, superrevisioni Domini Consilarii Adami Kollar submittantur; durum vero minusque consultum videretur Episcopis, ut factum eorum, qui ritum graecum a tenera aetate didicerunt ac profitentur, ille qui in ritu graeco haud parum esset versatus, aut certe nulla hactenus, ad notitiam Episco-

munkában, kiváltképp, ha még a korrektor munkáját is ráadásul vállalnia kell, másrészt azért, mert aligha találhatunk olyan személyt, aki az egyesült görög rítusúak körében, a császári és királyi tartományokban használatos minden nyelven ért; (mert a bírálónak ezekhez valamilyen képpen értenie kell), továbbá amiatt is, hogy ha a bíráló megbetegednék, legyen helyébe egy szükséges segítő, végül pedig azért, mert ekkora hozzáértésre egyetlen személy nem képes egy ily kényes dologban, lelkiismeret furdalása nélkül semmiképpen sem tudnánk így megnyugodni.

Ezenkívül pedig elhatározták, hogy Öszentséges Felséget arra fogják kérni, hogy a leendő bíráló számára kegyesen méltóztassék készíttetni egy szabályzatot, meghallgatva a püspököket is, mint akik a maguk rítusában leginkább járatosak.

Mint hogy pedig abból a rendelkezésből, amelyet a fogarasi püspöknek kikézbécsítettek 1771-ben, amikor elnyerte a bírálói tisztséget, kitűnik, hogy Öfelségének az a jóságos döntése, hogy ezután minden átdolgozott könyvet alá kell vetni Kollár Ádám tanácsos úr felülvizsgálatának, kellemetlennek és kevésbé tanácsosnak tartják a püspökök, mert ő, aki a görög rítusban kevésbé jártas, vagy mindezideig egyáltalán nem adta ennek bizonyosságát a püspökök előtt, azoknak a munkáját vizsgálja felül,

porum specimina edidit, superrevi-
diat.

Idcirco hac etiam in parte Suae
Majestati Sacratissimae pro remedio
supplicandum esse concluderunt. In
conformitate omninum, ut actuari-
us Repraesentationem adornet, sub
Nr. 4. eidem commissum, et sic Ses-
sioni finis impositus est.

SESSIO SEPTIMA

Die 23 Martii loco solito celeb-
rata. Praesentibus: Episcopo Szvid-
nicensi, electo Munkacsiensi, electo
Fogarassiensis.

Siquidem occasione censurando-
rum in Congressu hoc librorum sa-
epius mentio Sanctorum quorandam
quos Rutheni tamquam nationales
et indigenos suos colunt, partim in
praefigi solitis Calendariis, partim
in ipsis orationibus occurrere debe-
ret, Episcopi congregati priusquam
ad specificum librorum examen
descenderent, quod de his Sanctis
sentiendum sit pertractandum esse
censuerunt.

Episcopus Munkacsiensis prolixa
oratione declaravit, Sanctos Ruthen-
os nationales jam a sexcentis et amp-
lius annis prout in Russia minori
ita et intra Ruthenos suae diocesis
quemadmodum etiam in Moscovia
constanter, palam, publiceque cultos

akik a görög rítust kora ifjúságuktól
fogva tanulják és vallják.

Elhatároztuk tehát, hogy ebben
a dologban is orvoslásért kell ese-
dezni Őszentséges Felségéhez. Hogy
a jegyzőkönyvvezető mindezekkel
egybehangzó jelentést készítsen, a 4.
szám alatt őt bízzák meg, és így az
ülést befejezik.

HETEDIK ÜLÉS

Március 23-án a szokott helyen.
Jelen van a szvidnici, a választott
munkácsi és a választott fogarasi
püspök.

Minthogy ez összejövetel alkal-
mával az elbírálandó könyvek több-
ször említésre kerülnek, részben a
kifüggeszteni szokott naptárakban,
részben magukban az imádságokban
gyakran említés történik egynéhány
olyan szentről, akiket a rutének nem-
zeti és körükből származó szentként
tisztelnek, az összegyűlt püspökök,
miután hozzáfogtak az egyes köny-
vek átvizsgálásához, megtárgyalan-
dónak vélték, mit kell tartanunk
ezekről a szentekről.

A munkácsi püspök terjedelmes
szónoklatban kinyilvánította, hogy
a rutén nemzeti szenteket már több
mint 600 év óta, ahogyan Kis-Orosz-
országban, és az ő egyházmegyéje ru-
ténjai körében, de a moszkvai Orosz-
országban is, állandóan nyilvánosan

invocatosque, eorum officia per sacerdotes recitata, eorumque honori templa dedicata fuisse, adeo ut de his Sanctis nulli umquam seu praedecessorum nulli umquam seu de populo et clero vel minimum dubium venerit, eo minus cum ipsos catholicos auctores de eorum sanctimonia unanimem sensum prae se ferre, cert ex compliburis libris semper observarint.

Bollandistae, ac in specie clarissimus Papebrochius, Sanctorum horum ex parva Russia oriundorum vitas recitant, nullo de eorum sanctimonia dubio injecto; Clarissimus Assemanus in libro *Calendaria Ecclesiae Universae dicto*, eos ut Sanctos proponit, opusque suum *Benedicto XIV Pontifici, Romae dedicavit* nec minus Ignatius Kulcsinszky, *Generalis Procurator Ordinis S. Basili Magni, in libro per se Romae edito, Romae reviso, approbato, ipsique Sanctissimo Papae Clementi XII dedicato, Cathalogum Sanctorum Ruthenorum textit, eosque ut veros Sanctos proponit.*

His et aliis argumentis plurimis Episcopus Munkacsensis se adeo in animo moveri declarabat, út tota sua vita conscientiae stimulis praesertim vero in agone agitandum se, si de sufferendo horum Sanctorum cultu propria autoritate aut iudicio quidquam statueret et provideret, ideoque se malle, ut totum hoc cir-

és hivatalosan tisztelik és segítségül hívják, zsolozsmáikat a papság elvégzi, tiszteletükre templomok vannak szentelve, olyan-annyira, hogy ezekről a szentekről senkinek, akár elődei részéről, akár a nép és a papság részéről, senkinek a legkisebb kétsége sem támadt, annál is inkább, mert a katolikus szerzők egy véleményen vannak az ő életszentségükről, és ezt számos könyvükben bizonyosra vették.

A bollandisták, név szerint a nagy hírű Papebroch, ezeknek a Kis-Oroszországból származó szentek életrajzait előadják, semmi kétséget sem vegyítve életszentségükről; a nagy hírű Assemani *Calendaria Ecclesiae* című művében őket mint szenteket közli, és ezt a művét XIV. Benedek pápának ajánlotta, hasonlóan járt el Kulcsinszky Ignác, Nagy Szent Bazil rendjének egyetemes ügyvivője, aki könyvét Rómában adta ki, és azt Rómában megbírálták és jóváhagyták, és ő maga ajánlotta XII. Kelemen pápának, elkészítve a rutén szentek névsorát, és őket mint igazi szenteket tárgyalja.

Ezekre és számtalan egyéb bizonyítékra támaszkodva a munkácsi püspök kijelentette, lelkében annyira érdekeltnek érzi magát, hogy egész életében lelkiismeretfurdalást érezne, de különösképpen halála órájában nyugtalanodna, ha saját tekintélyével és ítéletével bármit is megállapítana vagy elrendelne eme szentek tisz-

ca Sanctos negotium Altissimo Suae Majestatis Sacratissimae, Sacraeque Apostolicae Sedis iudicio, quibus se integre tamquam verus catholicus submittit, et quorum decisioni libentissime se cum tota sua dioecesi conformatus est, substratum fuerit.

Ut autem sensus suus magis intelligatur, hanc quae sequitur deductionem Protocollo inseri per extensum praememoratus Episcopus Munkacsensis desideravit, quae et inseritur serie sequenti:

Siquidem Sanctorum in Libello Zbornik anno 1770 Viennae impresso positorum atque in suspicionem schismatis vocatorum parte quidem ab una complurium retro saeculorum a Ruthenis unitis tamquam propriis nationalibus suis Sanctis per distincta etiam officia, atque nonnullorum honori ecclesiarum dedicationem constanter ad nostram usque aetatem exhibitus cultus, parte vero ab altera latini aequae ac graeci ritus catholicorum non minus doctrina quam pietate praestantium virorum contra Moscovitas post praeteriti saeculi dimidium Volhyniae sequaciter et Kioviae temporale dominium ingressos, exindeque Sanctos, qui in eadem Volhynia atque Galicia et Ladomeria seu Russia parva olim florebant, tamquam schismatis recentius ab ipsis inducti, si non authores saltem fautores infundati vulgare ausos, in

teletének megszüntetéséről, és ezért inkább azt akarja, hogy ez az egész szentekkel kapcsolatos ügy alávettessék Őszentséges Felsege és az Apostoli Szék ítéletének, akiknek határozatához legkészségesebben alá fogja magát vetni egész egyházmegyéjével együtt.

Hogy tehát érthetőbb legyen, amit ő gondol, azt a következtetést, amely itt következik, teljes egészében jegyzőkönyvbe vétetni az említett munkácsi püspök kívánta, ami itt be is vétetik a következő bekezdésben:

A Zbornik című 1770-ben Bécsben nyomtatott könyvecskében található és a skizma gyanújába kevert szenteknek a tisztelete megvolt egészen a mi korunkig, az egyesült rutének nemzeti szentjeiknek tekintik őket. Tanúskodnak mellettük egyrészt a múltban sok-sok évszázadon át megtartott külön ünnepnapjaik és a többjük tiszteletére szentelt templomok, másrészt azok a tudományban és vallásosságban egyaránt kiváló férfiak, akik különböző helyeken, és éppen Rómában is, igen alapos kutatásokkal tisztázták az említettek igazhitűségét, vagy legalábbis mentességét a hírhedt szkizma foltjától; szemben a moszkvaiakkal, akik a múlt század második fele óta Volhyniában, majd utóbb Kievben is az államhatalom birtokába jutottak, és azóta azt merészelik alaptalanul terjeszteni, hogy azok a szentek, akik

diversisi locis imo in ipsa urbe Roma fundatissimis lucubrationibus et libris recentissime editis orthodoxia comprobaretur, aut nota saltem infamis schismatis omnium praecessorum suorum, qui quaestionatos Ruthenisque proprios Sanctos ad imitationem vicinorum Russiae parvae Episcoporum et ipsi coluerunt, et a numerosissimo clero atque populo Munkacsiensi coli non prohiberunt, vestigiis insistens, malvult cum catholicis utriusque ritus a se specificandis authoribus, in et cum opinione de vera eorundem orthodoxia, finalem Apostolicae Sedis decisionem praestolari, quam in Moscovitarum sensum et opinionem declinare; in ipso namque vitae suae exitu et agone angustias se habitorum praevidet, si non obstante et perpetuo et catholicis propugnato, neque a Sancta Matre Ecclesia umquam improbato, minus vero prohibito cultu, privata sua respective autoritate atque in quantum is se est, iudicio etiam suo eosdem Sanctos e numero Sanctorum expungeret; per hoc nihilominus neque principes et reges Serviae, in novissimo Calendario Viennae pro Dis-Unitis impresso pro Sanctis positos, ut tales acceptat, aut recognoscit, neque in libris Valachicis etiam pro unitis imprimendis apponendos intendit.

hajdanában ott, az utóbbi időben a moszkvaiaktól a szkizmába csábított Volhíniában, valamint Galíciában és Lodomériában, azaz Kis-Oroszországban, tündököltek, ha nem is a szerzői, de legalábbis pártfogói voltak azon a területen a szkizmának. Ő ennél fogva valamennyi elődjének nyomdokaihoz ragaszkodik, akik a rutének kétségbe vont saját szentjeit a szomszédos Kis-Oroszország püspökeinek példájára maguk is tisztelik, és tiszteletüket nem tiltották az igen számos munkácsi papságnak és népnek, inkább meg akarja várni a majd megnevezendő mindkét rítusú szerzőkkel együtt az Apostoli Szék végső döntését az ő igazhitűségükről, ortodoxiájukról, minthogy elhajoljon a moszkvaiak felfogására és véleményére. Előre látja, hogy élete végén, haláltusájában aggodalmai lesznek, ha megfosztja attól az állandó tisztelettől azokat a szenteket, akik tiszteletéért a katolikusok harcoltak, és amelyet az Anyaszentegyház sohasem tiltott, és ugyanazon szenteket a maga egyéni felelősségére, illetőleg amennyiben rajta áll, megítélése alapján kizárja a szentek sorából, viszont semmiképpen nincs szándékában, hogy Szerbia fejedelmeit és királyait, akik a szakadárok számára Bécsben kinyomtatott legutóbbi Naptárban szentekként vannak benne, ilyenekként elfogadja és elismerje őket, és az sincs szándékában, hogy beveggyék

Ad quam declarationem reliqui duo Episcopi post sua in contrarium allata motiva concluderunt: Quemadmodum ipsimet de confratre suo Episcopo Munkacsiensi plenissime essent persuasi eum conscientiae remorsum habere, habiturumque, si de sanctitate horum Sanctorum contrarium sentiret, ita et sua ex parte aequae conscientiae remorsus sese habiturus, si praetensam Sanctorum horum sanctitatem recognoscerent.

Ideoque his in contrariis opinionibus aliud remedium non esse unanimiter existimarunt, quam ut tam Episcopus Munkacsiensis sua argumenta pro stabiliendo Sanctorum Ruthenorum cultu deserventia scripto comprehendat, quam Episcopus etiam Szvidnicensis, si quid ultra deductiones illas, quae jam anno 1772 Excelsae Cancellariae Regiae Hungarico-Aulicae submissa sunt, in contrarium habet, aequae in scriptum redigat.

Omnia autem Suae Majestati Sacratissimae distinctim a Protocollo humillime praesentent, illud securi facturique, quod altiori iudicio decisum fuerit.

Episcopus autem Fogarasiensis, utpote cum Szvidnicensi idem sentiens provocabat se ad reflexiones suas, quas praecitato anno 1772, qua aut-

őket azokba az oláh könyvekbe, amelyeket az egyesültek számára szintén ki fognak nyomtatni.

Amely nyilatkozathoz a hátramaradt két püspök azután a maga ellenérveit csatolta: Ámbár ők maguk is testvérükről, a munkácsi püspökről teljességgel meggyőződtek, hogy őt lelkiismeret-furdalás gyöttri, és fogja gyötörni, ha ezeknek a szenteknek a szentségéről ellenkezően vélekedik, de maguknak is ugyanúgy lelkiismeret-furdalásuk lesz, ha e szenteknek a kétségbe vont szentségét elismerik.

Ezért egyöntetűen az a felfogásuk, hogy ezekkel az ellenkező véleményekkel szemben nincs más orvosság, mint az, hogy a munkácsi püspök a maga érveit a rutén szentek tiszteletének megersősítésére írásban foglalja össze, amint azt a szvidnici püspök cselekedte, de menjen túl azokon az ellentétes állásfoglalású leiratokon, amelyek 1772-ben a Felsőkirályi Udvari Kancelláriától leküldettek.

Ő Szentséges Felsőségének pedig a jegyzőkönyvből mindent érthetően, a legalázatosabban mutassanak be, azt követve és cselekedve, amelyik a másik megítélésétől eltér.

A Fogarasi Püspök pedig, tudniillik a szvidnicivel egyetértve, magát tartsa ahhoz a véleményéhez, amelyet az előbb említett 1772. évben, mint

horitate regia constitutus censor librorum orientalium, respectu horum Sanctorum Excelsae Deputationi Caesareo-Regiae praesentaverat.

Unica adhuc quaestio remansit, an nempe Typographus in impressione librorum progredi poterit, eo usque, donec vel Sua Majestas Regia Apostolica, vel Sanctissimus Papa Romanus circa cultum horum Sanctorum retinendum vel abrogandum quidpiam deceverit?

Ad quaestionem hanc enucleandum libros omnes in duas classes dividi oportere, Episcopi declararunt.

Una est eorum, quibus nec Calendarium praefigi, nec Sanctorum horum memoria inseri solet, uti est Alphabetarium, Cathecismus, Psalterium, Triodion, Pentecostarion, Octoichon, Hirmologion, Csaszlovecz, etc.

Atque horum impressioni nihil esse obstaculi, quominus Typographus illico ut primum censurati fuerint, manus admoveat, omnes aequaliter consenserunt.

Quoad reliquos vero libros, quibus nempe Calendaria adiungi aut Sanctorum memoria inseri consuevit, episcopi Szvidnicensis et Fogarassiensis eius erant opinionis, ut hi

a királyi méltóság folytán a keleti könyvek kinevezett censora, ezeknek a szenteknek a tisztelete ügyében a Császári és Királyi Fenség Bizottsága előtt képviselt.

Egyetlen kérdés marad még, hogy a nyomdász a könyvek nyomtatásában tehet-e lépéseket addig, amíg vagy az Ő Apostoli Királyi Felsége, vagy a Szentséges Római Pápa ezeknek a szenteknek a tisztelete ügyében, vagy az eltiltás vagy a megerősítés tekintetében valamit nem határoz?

E kérdés megoldása végett a püspökök kinyilvánítják, hogy az összes könyveket két osztályba szükséges besorolni.

Az egyik azoké, amelyekkel nem fűznek össze Kalendáriumot, sem pedig ezeknek a szenteknek az említését sem szokták beléjük tenni, amilyen az ABC, a Kathekizmus, a Zsoltároskönyv, a Triod, a Pentecostarion, az Oktoich, az Irmológion, a Csaszlovecz stb.

Tehát ezek nyomtatásának nincs semmi akadály, ebben mindenki megegyezik, hogy a nyomdász hozzáfoghat ezek megmunkálásához, mivel már megelőzően ellenőrizve voltak.

Ami pedig a többi könyvet illeti, amelyek Kalendáriummal vagy a szentek emlékezeteivel összefűzve szoktak lenni, a szvidnici és a fogarasi püspökök azon a véleményen

quoque non obstante quaestione de Sanctis obmota, imprimantur: vel enim, dicebant, Sanctos Sedes Romana stabiliet, vel abrogabit: si abrogabit, aliunde nullam esse amplius quaestionem: si autem stabiliet, cum libri hi universales esse ac pro omnibus dioecesibus deservire debeant, nationales Russiae minoris Sanctos iisdem inserendi nullam esse necessitatem, exemplo hac in re usi Latinorum, apud quos quamvis omnis Natio omnis religiosus Ordo proprios suos Sanctos habeat, hi autem ad universales Ecclesiae libros úti sunt Missalia, Breviaria, etc., inseri non consueverunt, sed in distinctis libellis quisque Ordo religiosus, quaevis pene Natio Sanctorum suorum indices, tum officia comprehendit.

At vero episcopus Munkacsiensis reposuit, praemissum esse, ut illi libri mox imprimantur, quorum summa est necessitas.

Sua autem in dioecesi, recte illorum librorum summam esse necessitatem, quibus alioquin Sanctorum horum nomina inseri non debent.

Aliis autem libris dioecesim suam ita provisam esse, ut facile expectare possit resolutionem superioris iudicii circa Sanctos.

voltak, hogy ezeket is nyomtassák ki, nem képez akadályt a szentekről szóló kérdés, azt mondják, a Római Szék ezeket a szenteket vagy helyben hagyja, vagy megszünteti, ha megszünteti, többé nem vetődik fel a kérdés: ha azonban helyben hagyja, mivel e könyvek általánosak és minden egyházmegyében használatosaknak kell lenniük, nincs semmi szükség arra, hogy Kis-Oroszország szentjeit ezekbe belevegyék, ebben a dologban a latinok példáját használván, akiknél ámbár minden nemzet és minden szerzetesrend saját szenteket birtokol, ezek azonban az Egyház általános könyveiben, mint a Misszálék, Breviáriumok stb., nem szoktak betéve lenni, hanem minden egyes szerzetesrend, továbbá csaknem minden nemzet a saját szülőtteit az elkülönített könyveibe, mint hivatalból őt megilletőt, foglalja bele.

A munkácsi püspök azonban ismét színre hozta, engedtéssék meg, hogy azok a könyvek nyomtassanak ki sürgősen, amelyekre a legnagyobb szükség van.

A saját egyházmegyéjében pedig egyenesen azokra a könyvekre van a legnagyobb szükség, amelyekbe különben ezeknek a szenteknek a neveit nem kell beleszőni.

Más könyvekből pedig úgy el van látva egyházmegyeszerte, hogy könnyen kivárhatja a felsőbb bírói vizsgálat döntését a szentek ügyében.

Caeterum autem iterum atque iterum declaravit, si Sancta Romana Ecclesia Sanctos illos rejecerit, se quoque illos cum tota dioecesi rejeciturum; neque ullam unquam amplius esse causam, cur in libris imprimendis eorum nomina inseri minus deberent, vel ex eo (siquidem Valachos non comprehendendo), (quia) sua dioecesis aplimissae extensionis foret, adeoque dioecesis Szvidnicensis potuit huic, quam haec illi sese conformare deberet.

Et quidem vel ex eo, siquidem in provinciis Galiciae et Ladomeriae quae nunc Suae Majestati Sacratissimae accesserunt, utpote dioecesi suae vicinis, complures hujusmodi Sancti palam publiceque hodie colerentur.

Sed Episcopus Szvidnicensis reposuit, quod sua cum dioecesi Graecis sese accomodare velit, ac in reliquo etiam Sanctos quos Poloni graeci ritus catholici hodie colunt, pro Sanctis aequè recipiat.

Egyebekben pedig ismételtlen és ismételtlen kijelentette, ha a Szent Római Egyház ezeket a szenteket törli, akkor ő is egyházmegyében eltörli őket, és semmiféle bővebb emléküket nem tartatja meg nekik, ha azonban a Szent Római Egyház azokat szenteknek elismeri, nem lesz bőségesebb ok arra, hogy miért ne legyen az ő nevük beszöve a kinyomtatandó könyvekbe, vagy mert az ő egyházmegyéje nagyobb kiterjedésű (a románokat nem számítva be), ezért a szvidnici egyházmegye kényszeríttessék alkalmazkodásra, ne pedig fordítva. És az okból is, mert a most Szentséges Őfelségére szállott Galícia és Ladóméria tartományok az ő egyházmegyéjével határosak, és ott több ilyen szentet manapság is nyilvánosan, szemlátomást tisztelnek.

De a szvidnici püspök ismét színtre hozta, hogy egyházmegyéjével együtt maga is a görögökhöz akar alkalmazkodni, és a továbbiakban is azokat a szenteket is, akiket a lengyel görög szertartású katolikusok manapság tisztelnek, szentek gyanánt ekképpen elfogadja.

Közreadja: *Melles Tivadar*